

No. 411. 1266.

Mehrere Vögte und die Schöppen und Rathsherrn zu Oschatz beurkunden, dass der Pfarrer Gothfrid zu Schmorkau Zinsen von einer Fleischbank zu Oschatz zu Abhaltung seines Jahrgedächtnisses an das Kreuzkloster geschenkt habe.

In nomine domini amen. Nos Heinricus dictus de Roguiz advocatus in Oszetz, Heinricus Sulca, Rulico de Belgirn advocatus provinciae, Herbordus Crumbach, Hermannus de Hubigowe, Thomas de Smorkowe, Nicolaus de Friberc nec non scabini et consules et universitas civitatis in Oszetz praesenti scripto publice protestamur, quod honorabilis vir dominus Gothfridus plebanus in Smorkowe^{a)} suum macellum cum duabus fenestris, de quo singulis annis percipit viginti unum solidum legalium denariorum monetae in Oszetz, de consensu et voluntate omnium nostrum pro salute animae suae et parentum suorum assignavit sanctimonialibus ecclesiae sanctae Crucis prope Misnam, ut eo vivente et post mortem eius praedictus census non praeposito, sed cuicunque praedictae moniales commiserint praesentetur, in terminis videlicet in pascha undecim solidos, et in festo beati Michaelis decem solidos percipient et praedictum macellum locare poterunt cui velint. Nihilominus ut pio animo pius respondeat fructus, praefatae sanctimoniales obitum domini Gothfridi et pariter anniversarium devote annis singulis peragent, prout sororibus claustrum et etiam confratribus facere consueverunt. Ne autem in posterum ab heredibus vel cognatis saepedicti domini Gothfredi praedictis monialibus oriatur quaestio nocitura, praesentem litteram in testimonium eis conscribi fecimus et sigillo nostrae civitatis cum sigillo ecclesiae sanctae Crucis fecimus roborari. Datum Oszetz anno domini M^o.CC^o. sexagesimo sexto.

Nach dem Orig. wie No. 409. An zwei von der Urkunde selbst abgeschnittenen Streifen waren zwei Siegel befestigt, von welchen nur das der Stadt Oschatz (aufgerichteter Löwe) noch vorhanden ist. — Eine Urkunde über die Erwerbung des Kreuzklosters von Zinsen in Seilitz vom 18. Oct. 1282 wird im Urkundenbuch des Kl. Riesa (Bd. 5) mitgetheilt werden.

a) Schmorkau, jetzt Filial von Terpitz bei Oschatz.

No. 412. 1290. 3. März.

Markgraf Friedrich von Landsberg erteilt auf Ansuchen der Aebtissin und des Convents des Klosters zum h. Kreuz diesem einen Schutzbrief.

Nos Fridericus dei gratia Misnensis, Orientalis et de Landesberg marchio recognoscimus et tenore praesentium publice protestamur et ad notitiam tam praesentium quam futurorum cupimus pervenire, quod ad petitionem dominae Juttae abbatisae totiusque conventus sanctae Crucis in nostro districtu prope Misnam omnes donationes possessiones sive libertates a nostris praedecessoribus seu progenitoribus ipsis datas et concessas ratificamus ac ratas habemus seu haberi volumus, nec iam dictum conventum in huiusmodi donationibus possessionibus sive libertatibus a nostris